

dominis, ubi celentur, quae res non facit eos fures: solent etiam mercedem hujus rei accipere, & sic indicare; Nec videtur illicitum esse hoc, quod datur; quare qui accepit, quia ob causam accepit, nec improbam causam, non timet condictionem. Quod par modo etiam de rebus ac fure ab alio celato, atque indicato, interpretandum venit. Nec non simili ratione de praemiiis ob thema Genethliacum promissis aut datis praedicari potest, quod negotium aliquod civile in se contineant, atque ad contractum quendam innominatum, do ut facias, vel facio ut des referri possint, ut inde praemii promissi exactio vel actione praescriptis verbis, vel imploratione Judicis extraordinaria peti possit. arg. d. l. 15. ff. d. P. Verb.

Th. XXVIII.

Ex presuppositis porro queritur de Astrologo consulto & eundem consulente, an injuriarum conveniri viarum possit, si mala praedixerit? Quæ quidem quaestio est bimembris, una nimirum pars agit de Astrologo consulto, tra an ille injuriarum teneatur, si forte juxta regulas scientiarum matiarum suæ mala quedam de ingenio & affectu cuiusdam la prædicaverit, eum dicendo pessimæ notæ hominem &c. centem. Et negative respondet Ulpianus in l. 15. §. 13. ff. de injur. ibi: Si quis Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, injuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent. Cujus decisi ratio in eo est posita, quia talis Astrologus non dolo malo, nec animo injuriandi hoc fecisse & furem dixisse præsumitur, sed artis & professionis suæ causa id fecit, falsa regulæ suæ persuasione deceptus. Jam vero satis constat, injuriarum sine affectu & animo injuriandi non fieri, cum in hoc ratio injuriæ formalis constat, l. 3. §. 1. ff. de injur. Quod si tamen dolo malo id fecerit,